204

1637 Februar 9., *"Raptissime"* A

SCHREIBEN VOM KONVENTUALEN VON MURI, P. MARTIN BRUNNER, "SOLODORANUS HELVETO-GALLUS", AN [ALT] AMMANN [UND DERZEITIGEN STADT- UND AMTSRAT] BEAT II. ZURLAUBEN, "DUCI [=GARDE-HPTM.] REGIS CHRISTIANISSIMO [LUDWIG XIII.]", ZUG

Gerne hätte er ihm für das übersandte *"Breviarum"*[1] persönlich gedankt. Vorderhand solle dies durch vorliegende Zeilen geschehen.

"Caeterum etsi tantà pretij Munus gratissimum esse debeat, si tù affectum causamque ob quam transmissum intueor, ut uerum fatear, millies etsi maioris pretij munere fuissem donatus, tam gratum nec fuisset, nec esse debuisset: Miratur forté Dominatio! mirarer profectò magis, cum hunc ob affectum strenuo Domino Landamano gratissimus esse perhibear: mirantur tù alij, sed florentissimi Galliarum Regni omninò, ut mihi quidem videtur, vel ignari; vel malesani: desinerent namque maledicâ suâ linguâ nobilissimum hoc Regnum, eiusque serenissimum, iuxtâ ac sanctissimum principem Ludovicum 13 Justum, Regem Christianissimum ac de catholica Religione meritissimum proscindere, si malevolente affectu nonnihil seposito, ac caecutiente livoris oculo eruto, rem penitius intuerentur; nec profectò tantûm mihi indignarentur, si cum alijs viris bonis, tam benè de tam bono principe sentirem: Eccur enim non eadem mihi florentissimum Galliae Regnum suumque Christianissimumque Regem commendent, quae Universi Orbi vel quodvis oppidulum, quemvis privatum hominem commendatissimum reddere et possent et deberent.

Jmò namque si Zelum Religionis Catholicae spectes, nusquam terrarum ardentius Deus ab omni sexu ab omni aetate, ab omnibus ordinibus colitur, et quidem sine ullo vel fuco vel inquisitione: Jn Galliâ se primum exeruit sub Constantino publica Christiani Nominis professio [- gemeint das durch Kaiser K o n s t a n t i n d e n G r o s s e n 313 im Römischen Kaiserreich eingeführte Toleranzedikt -] fugato paganismo. Primus Europae Regum Clodovaeus [d.h. der Frankenkönig C h l o d w i g I.] Christi fidem in Gallia [ca. 500] amplexus est. Primus Carolus Magnus [=Kaiser K a r l d e r G r o s s e], ut nutantem in Occidente fidem Catholicam stabiliret, Jmperium Francorum instituit. Plures Martyres habuit sola Gallia ob Christi nomen, quam Caetera omnis Europa. Nusquam alibi plura ob Commune Ecclesiae bonum concilia Oecumenica celebrata sunt.

Jn Galliâ praecipuorum Coenobiorum sunt origines: Cistersiensium [=Zisterzienser, gegründet 1098 durch R o b e r t von M o l e s m e]; Clarevallensium [gemeint die Mönche der 1115 von B e r n h a r d von C l a i r v a u x gegründeten Zisterzienserabtei Clairvaux], Praemonstratensium [- 1120 gegründet durch N o r b e r t von X a n t e n -], Cluniacensium [- von der 909 gegründeten Abtei Cluny ging die Cluniazensische Reform aus -], Grandimontensium [=Grammontenser, gegründet um 1076 von S t e p h a n von T h i e r s], Carthusianorum [gegründet 1084 von B r u n o dem K a r t ä u s e r], quorum propagines in reliquam Europam, imò et terrarum orbem postea sunt deductae Franci Romanos Pontifices, ut Ecclesiae Parentes, nudos de suis bonis ditavêre: oppressos defendere: eiectos excepére; fugatos restituére: quodque omnium gentium erat officium, soli praestitere: ob quas res meritò Reges Franciae dicuntur Christianissimi et Filij Ecclesiae Primogeniti. habet quidem Francia ex suis nuper ortos visceribus haereticos Calvinistos [=Anhänger von Jean C a l v i n], sed solos: et quis unquam ager sine lolij mixturâ? Habet ergo, sed non probat; sed ut formosa facies verrucam: ut Jsraelitae in terrâ sanctâ [unter König D a v i d um 1000 v. Chr.] Philistaeos [=Philister]; ad fidei suae exercitium, exigentibus ita adhuc peccatis nostris, denique in spem ipsorum Conversionis - 2do commendat etiam Francos Monarchiae duratio: mille ducenti sunt anni, quorum Reges Regibus perpetuò succedunt, et quidem praecipuis virtutibus insigniti; alij quippè Sancti audiunt, alij Fortes intrepidi; alij Clementes, alij Augusti, alij Justi, alij Casti, alij Prudentes: Jn Ludovicum nostrum hodie regnantem Deus plenâ manu omnia ista bona congessit, additâ insuper singulari in rebus gerendis Felicitate: verum nolo iam multis probare, quod toti patet orbi: certè ijs moribus Ludovicum Numen finxit: ijs casibus pueritiam ipsius ac Juventutem erudijt, ut videatur aliquid à fortunâ suâ Maius Gallia expectare, quam dederit illa ipsi: sed ad alia etc.

3tiò commendat insuper Francos divinae defensionis miracula: nunquam enim eos deseruit Caeleste Numen: excitatà etiam ad animandos viros virgunculà quam fuerit stupenda Galliae post excessum H e n r i c i 3tii Regis Christianissimi, ex circumstantibus malis liberatio, sciunt et testari possunt, qui tunc vixerunt.

4tò adde sanctitatem, eruditionem, modestiam Cleri.

5to adde Legum sanctitatem, ex Galliâ namque caeterae fere gentes per Europam traxére Rerum publicarum suarum administrandarum Exemplum. Qui Senatum [=Parlament] Parisiensem videt, habet, unde sibi representet Amphictyonum gravi-

tatem, Areopagitorum diginitatem, senatus Romanorum splendorem et Maiestatem.

6. Adde toto regno florentes litteras, artes sapientiam. Una Parisiensis Schola [die Sorbonne gemeint] plurimarum per Europam est Mater: ex eà profecti P. Lambardus [- wohl der Theologe P e t r u s L o m b a r d u s gemeint -], Albertus Magnus [=A l b e r t der G r o s s e], T h o m a s A q u i n u s, et miraculum orbis Julius Caesar S c a l i g e r. Debent litteratores [Guillaume] Budaeo [=B u d é] [Adrien] Turnebo [=T u r n è b e], E r a s m o [Desiderius von Rotterdam] etc. Debent [Jacques] Cuiacio [=C u j a s], [André] Alciato [=A l c i a t], [André] Tiraquello [=T i r a q u e a u] iure consulti; [Jean] Fernelio [=F e r n e l], [Charles] Dureto [=D u r e t] Medici: [Humanist Marc-Antoine] Mureto [=M u r e t] Oratores: ... Hilario [=Kirchenlehrer H i l a r i u s] et sancto Bernardo [Clairvaux] Theologi: vel unicam proferas artem, cuius vel non inventores vel restauratores dederit Gallia. quin imò ipsi imperatores ac belli Duces H e n r i c o [IV.] Magno maximi Ludovici Parenti industriam debent belligerandi.

7timò neque omittenda est morum comitas: illuc ergo tanquam veram in Humanitatis scholam mittitur quotannis ex omnibus orbis partibus selecta Nobilitas, ut cum linguâ civilem vivendi modum, posita Barbarie, addiscat.

8. quid denique de florentissimi Regni huius ubertate opibusque dicam? Si namque annuos proventus aestimes, unum Regnum Gallia caeteris praestare facile deprehendes, si bella quae ubique terrarum gerit, Regumque in Militum tam suam quam externam liberalitatem expendas: verum ne fortè affectui plus, quam vero tribuere videar, liber ex Petri Bertij [=B e r t i u s] nobilissimi sanè Cosmographi totius terrarum Breviario opes [- dieses Werk erschien 1624 -] principum huc adscribere: opes principum ex annuò ipsorum proventa aestimantur. Francorum Rex triginta milliones auri creditur excedere. Hispaniarum Rex [P h i l i p p IV.] ex omnibus suis Ditionibus non colligit ultrà novendecim milliones. Rex Magnae Brittaniae [J a m e s I.] quatuor: Poloniae [S i g i s m u n d III.] 3 [Millionen]. tandundem Venetiarum Dux [- dort regierte von 1623 bis 1624 Francesco C o n t a r i n i -] Pontifex [Papst U r b a n VIII.] unum cum dimidio, Hetruscus [der Herzog von Florenz?, Ferdinand II M e d i c i] 2, Sabaudus [Herzog K a r l E m a n u e l I.], Lotharingus [Herzog C h a r l e s IV] dimidium: Rex Daniae [=der König von Dänemark, C h r i s t i a n IV.] ducenta millia Coronatorum; Sueciae [der König von Schweden, G u s t a v II. A d o l f gemeint] tantundem. Jn Germania Jmperium confert Jmperatori [F e r d i n a n d II.] sex Milliones auri. Hoc fidelissime ex

Petro Bertio apud L[aurentius] B e y e r l i n c k [im 1631 erschienenen Magno] in theatro vitae Humanae tom. 3. vocab. geometrica.
Hoc sunt, straenuissime Domine, quae merito quemvis prudente allicere et possint et debeant, imò trahere in Amore florentissimi Galliarum Regni: luberet hic paulisper in Laudem eiusdem Regni serenissimi Christianissimique principis ac Regis Ludovici Justi 13 ... [auszusagen], nisi fastidiosae meae, ob turpem Characterem et stylum, strenue Dominationi suae litterae forent: propediem ergò plura, nisi molestiam me procreaturum timerem, Panegyriae de serenissimo Principe Ludovico Justissimo transmitterem; sed dum sto in timore, meditabor donec grata fore, insinuatur. Vivat intereâ Jlle ac germinet sicut Lilias iustas, germinantibus Lilijs, omnesque illius Fautores, cuius Maximum, uti mei, strenuam Dominationem esse expertus sum, quem Deus sospitem et Jlli et Patriae et Mihi servet."

1) Wahrscheinlich schenkte Zurlauben P. Martin das weiter unten genannte Werk "*Breviarium totius orbis terrarum*", das 1624 Pierre Bertius herausgab.

Original, Siegel z.T. flach gedrückt - AH 75, 390-391

205

1630 Oktober 10. A

SCHREIBEN VON ELISABETH ZURLAUBEN AN DEN ZUGER [STADT- UND AMTS] RAT BEAT II. ZURLAUBEN, BREMGARTEN

"Hauptman [und Stadt- und Amtsrat Paul] S t o k h e r wirdt dich berichten, was den [Stadt- und Amts-]Rath antrift, den Heiny Z ü r c h e r wil ich sampt dem Aman [der Abtei Einsiedeln in Menzingen Adam] S i g n e r erbieten. der Zufal diner frauwen [Euphemia H o n e g g e r] ist Mir leid got wils bessern, dem Sänen hab ich din Meinung vürghalten ist wol zufriden, wil Sälbs in [St. Konrads-]Hof[1] ufen und schauwen was der lehman [=Lehensmann] gmacht habe, von den unserigen [gemeint der von ihrem Gatten Jakob W i c k a r t kommandierten Gardekompagnie] wirt gwiss bald etwas komen, die ursach ist anders nüt mein ich dan mangel an gält, [Paul] bängg [=B e n g g] hat mir erbotten wan Jme Nit bessern bscheid von dir wärd so well er gar nüt usen gäben bis Jme der Roll abgnomen wärde, ich weis nit was ich bald thun so gar kein gält hab ich, der tagen begärt die von underwalden die 38 gl. 20 ss von des Bekh B a c h m a n s wägen, ich habs uf Verena [=1. September] versprochen,